

# Beiheft

2

S 179

1255 März 23 Boppard.

[17

König Wilhelm verpfändet dem Wildgrafen Conrad genannte Güter.

Wil[helmus], Dei gracia Romanorum rex semper augustus, universis imperii fidelibus presentem paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Tenore presencium publice protestamur, quod nos nobili viro Cunr[ado] Comiti Silvestri bona nostra in Richinbacherdail, que nobis Rupertus Comes Irsutus libere resignavit, et villam de Mensinbach cum suis attinenciis omnibus pro trecentis marcis Coloniensium denariorum titulo pignoris duximus obliganda, ita videlicet quod, si infra proximum festum beati Martini bona predicta et villam duxerimus redimenda, omnes redditus ipsorum nobis cedent et ad nos predicta bona libere revertentur, alioquin idem comes extunc predicta bona et villam dictam Mensinbach cum redditibus, pertinentiis et iuribus suis omnibus, sicut nobis pertinent, titulo pignoris tam diu possidebit, donec prefate trecente marce sibi per nos plene fuerint persolute, fructibus ex eisdem bonis medio tempore percipiendis seu perceptis in sortem minime computandis. Quare sibi has litteras concedimus nostro sigillo munitas in testimonium super eo. Datum Bopardie anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LV<sup>o</sup>, X. Kl. Aprilis), XIII<sup>a</sup> indictione.

Orig. Siegel ab; Kyrburg Nr. 262. — Gedruckt Winfelmann, Acta I, S. 448 Nr. 555. Regest Goerz III a. a. D., Nr. 1181; Böhmer-Nitker. Reg. Imp. V, 5249.